



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

LXXXVII. Der Papst Alexander IV. bestätigt die Schenkung der Petricapelle an den Bischof in Brandenburg, am 22. Januar 1255.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

est, in hac parte, ratum habentes et gratum, id auctoritate presentium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum etc. Datum Leodii, XV. Kal. Decembris, anno domini M^o. CC^o. LIII^o.

Nach dem Originale.

LXXXVI. Der Cardinal Peter beauftragt den Dechanten zu Stendal die vorstehende Bestätigung aufrecht zu erhalten, am 17. November 1254.

Petrus, miseratione divina sancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis, apostolice sedis legatus, discreto viro, decano ecclesie Stendalensis, Halberstadtensis diocesis, salutem in domino. Exhibita nobis venerabilis patris, episcopi Brandenburgensis petitio continebat, quod nobiles viri, marchiones Brandenburgenses cappellam in Brandenburg ad eorum dominationem spectantem sibi ad usus episcopales liberalitate pia et provida concesserunt, prout in eorundem litteris inde confectis dicitur plenius contineri. Nos itaque ipsius episcopi supplicationibus inclinati, quod ab eisdem nobilibus pie et provide factum est in hac parte, ratum habentes et gratum id auctoritate litterarum nostrarum duximus confirmandum. Quocirca discretionem tue presentium auctoritate mandamus, quatenus non permittas, ipsum super hiis contra confirmationis nostre tenorem ab aliquibus indebite molestari, molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam compescendo. Datum Leodii, XV. Kal. Decembris, anno domini M^o. CC^o. LIII^o.

Nach dem Originale.

LXXXVII. Der Papst Alexander IV. bestätigt die Schenkung der Petricapelle an den Bischof in Brandenburg, am 22. Januar 1255.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, episcopo Brandenburgensi, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota, que orationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Sane petitio tua nobis exhibita continebat, quod nobiles viri Johannes et Otto fratres, marchiones Brandenburgenses, attendentes quod mense tue redditus erant nimis tenues et exiles, jus, quod in cappella in Brandenburg habebant, tibi ad hujusmodi redditus augmentandos perpetuo concesserunt, prout in litteris confectis exinde plenius dicitur contineri. Nos itaque tuis et ipsorum marchionum precibus inclinati, quod ab eisdem marchionibus super hoc pie ac provide factum est, ratum habentes et gratum illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli igitur omnino hominum etc. Datum Neapoli, XI. Kal. Febr., pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Originale.